

1728.

1. Alberti, Michael: De longaeuitate ex motu corporis.
- 2^a Alberti, Michael: De tussi infantum epidemica.
- 2^a Boekmerus, Iustus Henricus: De aeris nitri inter coniuges
Hamburgenses communiōne. 3 Junij. 1728, 1738.
- 3^a 6^a Boekmerus, Iustus Henricus: De fundamētis usurarum
penninae mutuae viciae.
4. Coschütz, Georgius Daniel: Dissertatio ... med, sistens
methodum methodi individualis, generati non contra-
riam.
5. Coschütz, Georgius Daniel: De exanthematibus serosis -
lymphaticorum retrocedentium noxiis.
6. Gumbingius, Nic. Hieronymus: Angularia de beneficio
excursionis capitata.
- 6^a Hincelius, J. Gott: De mercatorum, qui foris ces-
sant, rationibus et conditionibus.

7. Hoffmannus, Fridericus: *knertalis irem. med.*, *sertas*
observationes clinicas circa curatiorem quatuor
de febribus mesentericis.
8. Hoffmannus, Fridericus: *de medicis morborum causa.*
9. Hoffmannus, Fridericus: *de medicis morborum*
causa.
10. Huberell, Jemil Friso: *La chirographa non oriri*
litem obligationem demonstrat et electiones
suae actives . . . stantore jurentati . . . notas
facit.
11. Schickel, Christ. Buer: *de antiquitatibus econo-*
miae patriarcalis.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
LONGÆVITATI
EX MOTU CORPORIS,

Quam,

AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſe Facultatis Medicæ
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERT

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARI
MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR.

COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.

DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGII
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXVIII D. SEPTEMBR.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI
SUBJICIET

R E S P O N D E N S

JOHANNES NICOLAUS LÜDERS

H A M B U R G E N S I S.

HALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.



PROOEMIUM.



DE Gymnastica Joubertus
in tr. de Gymnasis & Generibus ex-
ercitationum apud antiquos celebri-
um in pref. p. 199. ita judicat: Gy-
mnasticen, non minimam medicina
partem Græcorum vulgus primum,
deinde & Romana gens, sibi persua-
serunt, illaque ad salubritatis tutelam corporis robur &
etiam comparandam cum primis esse necessariam: & certe
non infima postremaque Prophylactices, i. e. conservatricis,
medicina pars habenda est, quæ exercitationum, frictionum-
que & inunctionum varios modos explicat; nec modo incul-
patum sani corporis habitum conservare, sed etiam corpus a
subtercutaneis excrementis purgare, lassitudines curare & a-
vertere, defectus instaurare, macilentos habitiores reddere
& paulo obefiores pro sanitatis ratione emaciare & si quæ
corporis pars imbecilla fuerit, robustiorem efficere doceat;
porro cap. 28. asserit: tales exercitationes animosos redde-

A 2 bant

bant juveniles animos - - salubriorem corporis flatum comparabant, atque per omnia robustiores fiebant, patientesque laborum. - - ob id tales juvenes firma prosperitate valetudinis uti, ac quam diutissime in laboribus perdurare necesse erat: quin etiam sero sudare incipiebant & raro admodum morbis affecti decumbebant, neque facile defatigantur: Ita etiam multis modis crebram & congruam corporis exercitationem Galenus in libb. de sanit. tuend. commendavit: quibus cum perspicua professione consentit Marsilius Cagnatus Lib. 2. de sanit. tuend. cap. de arte gymnastica p. 145: dum motum corporis, exercitationes atque labores eximie extollit: De Severo Imp. refert *Æl. Spartianus in vit. ejus c. 23.* quod tribuno jussisset signum dari **LABOREMUS** & **Archestratus in Syntrophis ap. Athenarum lib. 3. c. 22.** eloquitur: *nihil sapitius, quam labore exercere sese & Nazianzenus orat. 20. p. 129.* dicit: *Labor sanitatem affert:* quam ob rem orare & laborare omnibus hominibus convenit; nam qui operari haud vult, is ne quidem comedere debet 2 *Thess. 3. v. 10.* Ad laborem homo a Deo creatus, quo ex parte varia flexilitas membrorum respicit, ut diversa actione corpus exerceatur, siquidem facile ob negligentius laborum exercitium & animus & corpus torpescit, insuperque vita animalis interit: Et dum iter vite nostræ citatissimum est, ut *Seneca de brev. vite* dixit, ita præcepto divino & ordini naturæ magis convenit, quo congruis laboribus, neque ignavia dies confumantur: Dum itaque benignissimus Creator corpus animale mobile & flexile creavit, insuperque necessariis viribus motricibus instruxit, ita hæc mina Dei
legi-

legitime impendenda, neque in linteo composita tenenda, i. e. in quiete & otio occultanda est, quo almus Creator eandem cum fenore recipiat: Quam ob rem ex Jure divino & naturæ necessitas & utilitas Laboris satis superque demonstrari potest: Etenim si in sudore vultus homo cibum capere debet, juxta mandatum divinum, ita sudor hic, non morbosus, sed cum exercitatione corporis aut labore, connexus esse debet; & cum hoc sudore multæ inimicæ & perniciosæ substantiæ eliminantur, ut & indies corpus inquinatum repurgatur, sicut *Galenus 2. aph. com. 17. & 4. aph. com. 2.* dixit: *quod exercitatio species sit evacuationis.* Hinc ipse labor hominem ad laborandum reddit aptiorem, quies vero ineptiorem, ut *Plato in Tim.* elocutus est: *exercitium roborat, quies contabescit:* huc consentit *Zac. Lusitanus in Hist. Med. Princ. Lib. 6. hist. 17. qv. 8. p. 963.* *Quid de labore atque opere dicam tum mentis, tum corporis? quæ moderata vitam producunt, quæ immodica, imminuunt:* quorsum *Seneca* effatum *Ep. 31.* referri meretur, *generosos animos labor nutrit: laborem si recusēs, parum esse potes:* hinc secundum *Augustinum in Psal. 93.* *Labor & virtus gloriam non modo acquirunt, sed & labore sanitas & vira fulcitur & firmatur:* Dum itaque vita humana valde fragilis, inconstans & multis periculis exposita est, ut *Plutarchus in orat. consol. ad Apollonium* eloquatur, *Vita ita brevis est, ut longissima brevis sit ac fere punctum,* hinc plurimi homines vitæ conservationi & prolongationi indulgent, ut ad illam metam perveniant, quam providentia divina agnovit & reservavit, quem ipsum vero terminum multi ob

varias causas haud assequuntur, quando nimirum il-
 las res naturales & adminicula haud probe observant,
 quæ alias vitæ emolumento & subsidio esse possunt &
 solent: Et quoniam harum causarum, vitæ & sanita-
 ti inservientium, variæ sunt, ita illi qui longiorem
 vitam desiderant, non uni aut alteri causæ indulgere,
 sed quaslibet justo ordine & nexu observare debent,
 ne unam legem servantes, alteram transgrediantur
 & hinc vitæ ordinem valde violent: neque propterea
 mancipia ventris & corporis evadunt, qui ordinatæ
 vivendi rationi operam dant, siquidem secundum re-
 gulas Juris divini & naturæ Deo reddendum, quod
 Dei est, & Naturæ legitime dirigenti, quod naturæ
 est: quicumque enim ætati, robori, stemmati &c.
 nimium fidentes, naturam variis excessibus violant,
 aut eandem aliquandiu obruunt, illi tamen propterea
 a frequentioribus morboris molestiis, aut præmatu-
 ra morte haud liberi, immunes & securi sunt: ad mi-
 nimum res sub tali statu eo deveniunt, ut variis me-
 dicamentosis auxiliis actuales morbidas irruptiones
 avertere & præsentem vacillantem sanitatem paulu-
 lum erigere debeant: hinc cum *Platone in Phædro* edi-
 cimus, *illi sunt servi ventris, qui ordinem nature turbant*
& continentiam abhorrescunt, qui porro omnia suis viribus
superare volunt: illud sane durum naturæ jugum est,
quando modus in rebus exceditur, aliusque quam
Deus naturæ monstravit, ordo vivendi invenitur &
obtruditur: etenim quo simplicior est vivendi ratio eo
melior & pro vita & sanitate utilior adseveravit Actius Te-
trab. 1. Serm. 2. cap. 2. Ad hanc vitæ simplicitatem per-
tinet

finet supra laudatum exercitium *Laborum & Motus* corporis, unde *Galenus* adseruit *lib. r. de diff. febr. c. 2.* quod *homines, qui consuetudine corporis exercitia relinquunt, omni generi morborum obnoxii reddantur.* Hæc in mentem revocantes & observantes quanta utilitas vitæ & fanitati ex legitima & congrua motus corporis exercitatione accedat, cum Deo proposuimus, Inaugurali Dissertatione & Specimine disquisitionem DE LONGÆVITATE EX MOTU CORPORIS ventilare & commendare, quo leve hoc adminiculum, quod benignissimus Deus hominibus concessit, juste exerceatur ordoque naturalis magis inculcetur & propagetur: cui instituto ut DEUS T. O. M. ex alto benedicat, idque prospero successu atque scopo beet, est quod humillime precamur.

§. I.

Vitæ animalis *prolongatio æque possibilis est, ac abbreviatio:* per hanc longiorem vitæ protractionem & durationem non intelligimus talem extensionem dierum, quæ metam à DEO provisam transgreditur, aut quæ ad illam annorum seriem & congeriem pervenit, quam DEUS ex *specialissima* gratia & singulari directione certis personis in *Veteris & Novi Testamenti* periodis concessit, unde non *audacter* judicandum est, quasi summus rerum humanarum Director quibusvis hominibus annos *Patriarcharum* ante & post diluvium largiri debeat, siquidem neque *Mosès* neque *David*, quippe Viri erant *secundum animum Dei*, & *Johannes Evangelista* & *Apostolus*, quem *Salvator* distincto affectu dilexit, naturali morte obierunt & tam *peculiare* longævita-

vitatem haud affecti sunt: quare oeconomia, providentia & directio Dei pro fundamento omnium quidem mutationum stat, interim in naturali Longevitatis disquisitione homines eo usque sub justo naturalium causarum & mediorum usu vitam protrahere possunt; quo usque divina providentia de tali individuo tendit: infra hanc tamen annorum periodum homines vires naturæ suæ enervare & breviorem suæ vitæ decursum procurare & provocare possunt, quemadmodum robusti, vegeti & sani homines intemperantia, pravis moribus & animi affectibus, variisque aliis vitis naturales suas facultates hebetare possunt, ut dein in naturali vitæ animalis tramite diu perflere haud queant, nedum quidem in extraordinariis periculis rite & sufficienter resistere valeant: quamobrem longior vita relativo sensu accipi debet, dum omnes homines citius vita naturali privari queunt, siquidem tota corporis humani constitutio in destructionem adeoque vitæ aut conservationis amissionem proclivis est, ut propterea secundum disquisitionem nude physicam admiratione utique digna sit observatio, cur tam diu corpus adeo fragile & corruptibile durare queat: si itaque homines rebus & adminiculis, ad vitam necessariis, legitimo ordine & justo moderamine utuntur, tunc vita & sanitas extenduntur, aut prolongantur: & quoniam utraque ut plurimum pari passu ambulant, ita sermo precipuus nobis est de vita longiori & simul sana; etenim quidam homines vitam aliquandiu protrahunt, sed valde morbosam, hinc chronicis morbis per multos annos affecti, velut hæcica, quartana, hypochondriaco, hysterico hydropico morbo, comparative longævè appellari possunt, quæ tamen in miserabilibus talibus personis, miserabilis etiam & vix ab ullo sobrie mentis homine exoptanda erit longævitas: accipimus itaque hoc loco Longævitas notionem in sensu genuino, neque valde restricto, quando videlicet varii homines ad longiorē

tra-

tractum temporis aut eminenter, aut mediocriter *sanam* vitam protrahunt: Quemadmodum vero in genere ad *vitam & sanitatem varia media* requiruntur, ita ad *longiorem* utriusque *protractionem, multiplicia* talia adminicula pertinent, è quibus hoc loco *Motum corporis* pertractandum suscepimus; quod videlicet illius *congrua & cuius* seorsim *etati, sexui, temperamento, viribus, familie, &c.* conveniens exercitatio *sanam & longam* vitam promittat: quemadmodum porro *anima de sanitate & vita* perquam *sollicita* est, ita *illa* etiam *motus tales* in utriusque *adjuvmentum* exercere solet: hinc de motuum administratione in genere *Borellus de motu Animalium Part. I. c. 1. p. 2.* dicit: quod *principium & causa effectiva motus animalium sit anima, nemo profecto ignorat, cum animantia per animam vivant & durante vita motus in eis perseveret: extincto vero animali, i. e. non amplius anima operante, machina animalis omnino iners & immobilis relinquitur, exinde facile singularis divina bonitas inclarescit, quæ animam tantis viribus instruxit, quibus integritatem & durationem suæ officine, videlicet corporis, promovere & facilitare queat.*

§. II.

Quando vero *Motum corporis* ad *prorogandam* vitam *utilem* declaramus, tunc per illum *præcipue voluntariam* exercitationem corporis intelligimus, quæ maxime cum *animi continentia*, aut plane *delectatione* procedit, sicut *Galenus de exercit. parv. spheræ* dixit: *illæ mihi sane videntur utilissimæ omnium exercitationum, quæ non solum corpus exercere, verum etiam animum oblectare possunt:* Hic motus corporis modo *universalis* est, modo *partialis*: quid quod veteribus maxime commendata fuit hæc corporis exercitatio: quare *Hesiodus* elocutus est, quod *Dii laboribus omnia vendant:* in quem locum *Jespersus in manu duct. ad vitam longam Part. I. c. 9. p. 82.* ita commentatur: *volunt siquidem humani generis cultores fautoresque superi, cum otium,*

*tium, ut omnium vitiorum sentinam, abominenter, dona sua
 patere desidia ignaviae sectatoribus: hinc idem exercitia &
 labores constituere quasi pretium, quo homines sibi vitam, die-
 rumque multitudinem possint mercari: suntque hoc unicum
 quasi instrumentum, quo vita longa cuditur: ubi enim cor-
 poris motus & exercitia industrium patremfamilias agunt,
 ibi vita longa est, & obtinetur: Et sub hoc motu corporis
 non modo activam voluntariam exercitationem intelligen-
 mus, qualia varia specimina Medici & Philosophi, qui Gym-
 nasticam explicarunt, proposuerunt, velut Pythagoras,
 Plato, Aristoteles, Galenus, Mercurialis, Joubertus, Lucianus,
 Sanctorius, Gumpelzhaimerus, Lobneisen, sed & passivas
 corporis agitationes, per quaslibet etates variantes, velut
 curarum motiones, vesturas, equitationes, navigationes, a-
 liasque actiones & tractiones, quæ modica succussatione
 varios salutare effectus conferunt, adeoque vitæ ac sani-
 tati varia emolumenta conciliant: Siquidem à contrario
 manifestum est, quod ut plurimum nimia desidia, quies &
 multum otium vitæ & sanitati varia præjudicia & detri-
 menta afferant: hinc cernis ut ignavum corrumpant omnia
 corpus, ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ; ita etiam
 Galenus lib. 2. de tuenda sanitate, professus est: in desidia &
 intemperantia viventes bonitatem nature corrumpunt; ita
 & contra nonnulli vitiosam corporis naturam sortiti, tempe-
 rantia vitæ & tempestivis exercitiis, naturæ vitia commuta-
 runt in melius. Et quamvis institutum nostrum haud sit,
 singulas exercitationum species pertractare, quas varii ex
 prædictis medicis peculiari studio annotarunt, tamen
 inter illas in generali hac disquisitione seorsim indicamus,
 quod peregrinatio & crebra sermocinatio multis subjectis
 fructuosa existat; siquidem Hippocr. Lib. 3. de dieta asse-
 rit, quod vocis quoque exercitatio valde commoda sit: &
 Plempius de tuenda valetud. togatorum eloquitur: Usus ser-
 monis voce pronuntiati quotidianus, mirum dictu, quam
 utile*

utile sit genus exercitationis, non ad sanitatem duntaxat, sed etiam ad viros: similiter virtutes medica peregrinationum variis modis & testimoniis probari possunt: interim cum multiplices motus corporis species, tum in mechanicis negotiis, tum in officiis domesticis, tum in nonnullis delectationibus & jucundis ac honestis exercitationibus occurrant, ita presenti labore significabimus, quod & quibus effectibus congruus corporis motus Longevitati procurandæ inserviat: interea de una alterave specie, occasione ferente, speciales utilitates succincta commentatione annotabimus, ita tamen, ut plus ad sanitatem per motus tuendam & subinde vitam prolongandam, quam ad morbos per motus levandos & avertendos advertamus.

§. III.

Hujus motus itaque utilitatem ad sanitatem & vitam confirmandam ab omni ævo medici probatissimi satis emphatice prodiderunt, ex quibus pauca tantum testimonia presenti labore allegabimus, & ita Hippocrates Lib. 1. de dieta, & Lib. 6. Epid. Sect. 4. professus est sanus homo esse nequit, qui edit & bibit, nisi etiam laboret: Sanitatis studium est, corpus fastari cibo & impigrum esse ad labores: & Lib. 2. de dieta ait: quod labor corpora robusta faciat: huc quadrat, quod Zac. Lusit. Med. Princ. Hist. differit. Lib. 1. hist. 28. dub. 15. p. 52. exercitationem non solum esse utilem, pro conservatione sanitatis, sed & necessariam divino illo oraculo ascendit Hipp. 6. epid. sect. 4. text. 22. dum salutis humane basin & fundamentum in laborum exercitiique tolerantia constituit & lib. 1. de dieta, n. 1. sic ait, homo edens sanus esse non potest, nisi laboret: sic Aristot. Lib. 1. probl. 46. salutare esse retulit & sanitati conservandæ commodum, valde immi nuere cibum & augere laborem: sic Plato in Phædro & Cel sus Lib. 1. c. 1. otio & ignavia marcescere corpora, labore firmari & fieri vegetiora affirmarunt, quod prius prædixerat Hipp. lib. de offic. med. text. 28. & lib. 3. de artic. 22. & firmavit

*viu Galenus de cib. bon. & mal. succ. 2. & 6. Epid. Sect. 5. com. 10. hactenus Zac. Lusit. qui etiam ad testimonium Ludov. Mercat. l. c. provocat; hisce dietariis Galem testimonium annecti potest, qui Lib. 2. de tuend san. dicit: sanitatis tutela, à labore auspicanda; qui etiam variis in locis v. g. in lib. de consue. art. lib. 10. meth. med. lib. de consuetud. lib. 1. de diffic. respir. varias regulas pro salutari exercitatione corporis commendat & in comm. aphor. 20. Sect. 3. exercitationem corporis saluberrimam nuncupat: conf. Vidius Vidius de tuend. valetud. Lib. 5. nec desunt multiplicia posteriorum & recentiorum testimonia, siquidem ferme omnes, qui Diabeticam tractant, miris elogiis motum corporis extollunt: ex quibus Pansam, Mabium, Sennertum &c. nominibus tantum allegamus: ita Fetzmillorus in institut. medic. Patbol. §. 46. ait: legitimum sanitatis conservativum & morborum preservativum est motus. conf. Bergeri diss. de commodis exercitationis corporis, Celeb. Stablüi diss. de motu voluntarii usu medico, Fischeri disp. de motu velut magno ad longevitatem acquirendam remedio, Sanctiorius in Medicina Statica. Ramazzini passim in suis Opp. Bobnius de off. med. duplic. P. 1. c. 20. de moderanda dieta. p. 407. & Behrens in Select. Diet. Sect. 5. c. 1. p. 405. seq. & innumeri alii, qui etiam suis consultationibus clari sunt, utpote Forestus, Solenander, Crato, Sylvaticus, à Fortis, à Fonte &c. &c. Neque in testimoniis verbalibus congerendis tempus impendere lubet, quin potius realia suffragia observationi & attentioni commendamus, siquidem innumeris exemplis probari potest, quod illi homines, qui ad longam vitam perlegerunt, non in sedentario, sed mobili vitæ genere ut plurimum constituti fuerint; deinde quod homines, qui sub sedentaria vita variis morbusis invasionibus obnoxii fuerant, ex immutatione hujus in mobiliorem multum sanitatis levamen acquisiverint; quid quod homines, sub pravio mobili vitæ genere sani in sedentariam & otiosam
con-*

conversi, tunc tandem multiplicibus morboſis calamitati-
bus ſubjecti fuerint: quare Avicenna ſen. 3. 1. doct. 2. c. 1. in
ſin. dixit: *dimittens exercitium incidit in heſticam* videli-
cet tabem: & Zac. Luſ. M. P. H. Lib. 1. hiſt. 18. dub. 15. p. 52.
proſicitur: *homines conſueſta exercitia relinquentes, omni*
morbosum generi ſunt obnoxii: ſicut Galenus lib. 1. de diff.
feb. c. 11. 12. & lib. 3. de cauſ. ſympt. c. 2. 5. de loc. aff. 7. & in
lib. de artic. comm. 4. varios morbos ab intermiſſa & negle-
ſta exercitatione corporis provenire teſtatur: hinc ipſe
Galenus lib. 5. de ſanit. tuend. indicat, quod *ſenes conſueſis*
laboribus exercendi ſint, omiſſa tamen eorum veheſcentia:
quam obrem ex quotidiana obſervatione ſuit, quod ſi ſe-
nes laborioſi & vegeti ſanique, reliquum vitæ ſuæ tractum
in quiete & otio tranſigere ſuſcipiunt præter opinionem
tunc in inſolitos morbos incidant, imo brevi poſt vita pri-
ventur: neque quidem à paucorum exemplo, qui ſub ſe-
dentaria vita ad ſeram ſeneſtatem pervenerunt, regula
formanda, in quibus ut plurimum aliæ fonticæ circum-
ſtantiæ, aut moderationes aut opitulationes obtigerunt,
quæ ſanitatem & vitam confirmarunt & prolongarunt.

§. IV.

Non quidem in animo eſt ſpeciali tractatione & ſu-
ſiori annotatione ſignificare, qualibus diverſis motuum &
exercitationum corporis ſpeciebus variis morbi mitigentur
& avertantur, quin rectius inſtitutum noſtrum eſt, quo
commemoremus, quod motus corporis ſanitati & vitæ mul-
tam opem ferat: quare in ſpeciali tractatione mox indi-
cabitur primo quod motus corporis ad ipſius animi alacri-
tatem & vigorem non parum efficiat, deinde quod exer-
citationes corporis cum animi voluptate adminiſtratae mul-
tam corpori utilitatem afferant: primam circumſtantiam
quod attinet, eſſentialis animæ qualitas eſt, vis & facultas
motrix aut movendi, quam etiam energiam nuncupant:
quam obrem animæ capacitas & præſentia ex activitate aut

motu agnoscitur: hinc motus est velut elementum animæ,
quæ si a motu cessat non modo torpida, debilis, ignava,
aliena, sed & morbosa dijudicatur, quoniam a sua virtute
cessat & desistit: si itaque illa in consueta, congrua & mo-
derata operatione & exercitatione continuat, tunc non
modo in ordine subsistit, sed & functioni à Deo concre-
ditæ & mandatæ inhæret, adeoque viribus suis naturali-
bis utens, vigorosa & alacris permanet: inde contingit,
ut labores administrandi ipsi non ardui & valde diffici-
les, sed consueti & necessarii videantur: quamobrem ipsa
ad negotia & officia semper prompta, alacris & propensa
est: nam quotidiani labores naturæ ordinem salutarem ful-
ciunt & confirmant: hinc homines negotiosi indies ani-
mo sunt expediti, & ad morales functiones admodum pra-
celives: propterea otia fugiunt, alternantia officia quærun-
tes suas assidue tractant, defatigationes mediocres non mo-
leste ferunt, ad ardua etiam negotia non rigoroſe semper
cogi debent, sed quia laboribus sunt adsueti, semper ani-
mo etiam nova officia appetunt & hac ratione animus
ab ignavia, fastidio, torpore & aversionis affectu multum
preservatur: si itaque animus ad labores & exercitationes
corporis prouus est, tunc pro ratione individuorum faci-
lius ad maiorem culturam operationum mentis preparari
& disponi potest: unde facile liquet, quod motus corpo-
ris animum agilem & assiduum atque attentum reddat: id
quod porro facile a contrario demonstrari potest; quo
magis enim quidam homines otiosis, desidiæ, torpori &
quieti indulgent, eo magis ipse animus evadit tedious, fa-
stidiosus, morosus, ignavus, torpidus, somnolentus, ad mo-
ralia & alia negotia tardus, difficilis, obstinatus variisque
similibus pravis moribus corruptus: ipsa insuetudo ad va-
ria corporis exercitia sæpe reddit animum stupidum, &
ad inveniendas & administrandas insuetas arduas morales
functiones ineptum: quale eminentis exemplar occurrit in
tem-

temperamento *Phlegmatico* in quo *distinctus torpor animi* & corporis occurrit; dum contra in *activis* temperamentis, videlicet *cholericis* & *sanguineis* singularis etiam *animi alacritas*, propensio & ingeniosa capacitas occurrit: homines itaque in *corporis vegeto* & assiduo exercitio constituti, *celeriores* & *procliviores* sunt resolutionis in aliis, præcipue *moralibus* negotiis, in rebus *servis* imo plane *arduis* non sunt valde *meticulosi* & *abstemii*, in laboribus etiam *animi* non tam cito *delassantur*, ad officia *gravia* administranda *majorem* capacitatem habent, *ordinatis* etiam negotiorum administrationibus *facile* adfrescunt; & hoc phænomenon facile *animæ* cum *corpore commercium* probat & roborat.

§. V.

Alerum præsentis considerationis membrum est, quod *labores* & *motus corporis* cum *distincta* voluptate, *delectatione* & propensione animi suscepti & exerciti, longe *magis* & in *corporis* & ipsius *animi* emolumentum cedant: hinc rectissime *Jespersus l. c. p. 84.* eloquitur: *exercitatio cum voluptate facta, non modo parvum calorem excitat, auget & conservat; verum etiam mentem erigit, servat, acuit, curas excutit, hilaritatem adfert, gratiosum juvenutis florem conservat, canitiem retardat, vitam denique longissime prorogat: conf. Galenus loco supra §. 2. cit.* quamobrem varia *nobilia* & *generosa* corporis exercitia passim concelebrantur, sicut varia testimonia *Galenus* & præcipue in *lib. de exercit. parv. spher.* protulit: *omnes enim labores, cum jucunda animi propensione suscepti, non modo prompte & facile succedunt, sed & animum non facile delassant, & corpus haud multum molestant; hinc anima negotia, quæ cum delectatione exorditur, alacribus viribus aggreditur, vegeta activitate prosequitur, intercurrentes difficultates non moleste & ægre perquam fert, sed strenue ac libere in semel cepto tramite progreditur, vires*

non

non immodico & confuso ausu dilapidat, sed sub *spe grati* eventus & exoptati finis *alacriter* continuat, corpus non *opere* & *rigorose* affligit; unde *simili velut* alacritate & voluptate *membra obtemperant anime* imperio & directorio: interim negandum haud est, quod *nimia delectatio* facile ad *excedentes commotiones* corporis occasionem subministrat; quamobrem in ejusmodi affectu animi *moderatio*, aut *temperies* etiam observanda est; quid quod evenit, ut corpus aliquando, quoad *nonnullas* circumstantias ad *prompta exercitia ineptum* & velut refractarium atque *torpidum* compareat, tunc *superveniens delectatio* mentis facile *obstantes* tales difficultates solvit & membra *flexilia* reddit: inde per aliqualem *parallelismum* quandoque contingit, ut artus quidam *spasmodicis* tenacibus ad motus *voluntarios* inhabiles redditi, accedente *insolito animi* affectu, velut gaudio, ira, terrore, &c. *denno* *prompte* ejusmodi motibus obtemperant, sicut tales casus passim ab authoribus recensentur, ex quibus nonnullos D. D. *Præses in præfat. disp. de Therapia imaginaria* allegavit: proinde etiam *cavendum* est, ne ipse ille affectus animi atque *delectatio* in *majori*, quam par est gradu peccet; quoniam *omne nimium naturæ inimicum* est ut *Hippocr. Sect. 2. aph. 51. & Plinius hist. nat. lib. 11. c. 54.* dixerunt; unde huc quadrat, quod *Pythagoras* professus; *ne quid nimis* vid. *Erasm. adag. chil. 1. n. 596.* Si itaque *delectatio* mentis *moderata*, temperato corporis exercitio *sublevaritur*, tunc in subtrata consideratione *salubris* expectandus erit finis: etenim illud *oblectamentum* partim ad *vegetam fluidarum* partium commotionem per *solidas*, partim & præcipue quidem ad *alacrem* & validam *solidarum* actionem, *sine qua* *fluidæ* parum progredi possent, plurimum contribuit; unde *connexa reliqua* officia naturalia, vitæ & animalia facile succedunt; hinc etiam *sub* talibus laboribus *amissæ vires* facile reparantur, neque corpori
singu-

singulare aut magnum detrimentum & decrepitemum accidit: inde etiam est, cur homines, animo tranquillo negotia sua peragentes, non valde senescant, sed singulari, imo in senio quandoque juvenili vivacitate præditi conspiciantur: Hæc observatio sua veritate magis coruscet, quando in oppo- sito intuemur homines, qui obtorto & coarctato collo, moroso & adverso animo functionibus suis inhærent, qui facile & animo & corpore marcescunt, languescunt, imo brevi succumbunt, proinde etiam negotia sua ut plurimum misere exequantur & contrariorum horum successuum ac eventuum interdum nullam aliam causam producere sciunt, quam adversitatem mentis: sic hätten alles mit Unlust oder Verdruß gethan; inde iterum constat, quantum vitæ & sanitati interfit, quo mens sit sana, id quod D. D. Præses peculiari dissert. de mente sana in corpore sano demonstravit, fusiusque commendavit.

§. VI.

Proinde etiam corporis habenda erit ratio; quare variis momentis & effectibus confirmabimus, quod motus corporis iuste administratus ad Longevitatem promovendam conferat: principalissimus motus, ad vitam & sanitatem naturalem necessarius, sine dubio est sic dictus Tonicus sive fibras motrices constrictorius & relaxatorius, qui ipse audit motus partium solidarum, & ad essentiam roboris partium pertinet, quo mediante partes fluidæ circulantur & reliqui salubres effectus provocantur: & licet ipse motus corporis, de quo in præseni tractatione differimus, hoc motu tonico absolvatur, in quantum ille voluntarius motus existit, tamen hæc demonstratione inclarescet, quod hic motus sibi ipsi emolumentum afferat: etenim ad hujus motus congruam & fructuosam administrationem, nec non ad alios connexos salubres effectus absolute requiritur fibrarum iusta flexibilitas, mollities, humiditas & situatio; exclusa videlicet nimia laxitate, turgiditate, lenitate,

C

nitate,

mitate, aut ariditate, strictura, compressione, densitate & fir-
 miori mutua coarctatione : si itaque tales fibræ motrices
 iuxta mobilitate & flexilitate, nec non lubricitate præditæ
 sunt, tunc sufficienter cum iisdem humores circulantur,
 per partes vasculosas, cribrasas, intra ipsas fibras legitime
 transprimuntur & propelluntur; hæc idonea & necessa-
 ria fibrarum flexilitas hoc eodem motu, labore & exerci-
 tatione corporis acquiritur, dum semper fibræ tales du-
 ciles & molles in actione tensoria permanent, neque suc-
 cessive obfirmantur aut obrigesunt, neque etiam exarescunt
 indeque ad motum ineptiores evadunt; nam quando ta-
 les fibræ sedulo & modice stringuntur & relaxantur, tunc
 in suis inflectionibus & extremitatibus non successiva ni-
 mia constrictione rigidiores redduntur, sed in illis locis
 ubi prima actio & vis motrix illas afficit, tractiles perma-
 nent, deinde sub hac ductilitate sanguis inter ipsa fibra-
 rum intersitia ordinatius, melius & promptius premitur,
 sub quo continuo humorum affluxu & comœatu fibræ ta-
 les, aliæque ad motus corporis exercitium necessariae par-
 tes sufficienter humectantur, leniuntur & emolliuntur, ut
 in hac materiali qualitate, videlicet congrua flexilitate pe-
 rennent, adeoque futura continuis exercitationibus mo-
 tus tonici & voluntarii obtemperent: hoc eodem motu
 laudabilis gelatina sive lymphatica humiditas tendinosis
 partibus intimius insinuat, quæ proinde ad subeundos
 sufficientes motuum gradus aptiores evadunt: quam ob-
 rem homines, qui assiduo tali motu corpus suum exercent,
 distinctam membrorum agilitatem nanciscuntur, testimo-
 nio saltatorum, funambulatorum, gesticulorum, præsti-
 giatorum, chironomorum &c. inde etiam est, cur omnes
 homines antequam ejusmodi exercitiis addiscendis ope-
 ram dant, torpida & ad motus tales velut inepta membra
 gerant, quæ vero sub exercitatione ipsa magis magisque
 mobilia redduntur: siquidem vicissim homines sedentaria
 vitæ

vita nimium indulgentes, rigidum, grave, onerosum, tardum & ineptum velut corpus retinent, unde anima & corpus quasi ignaviae advescunt.

§. VII.

Quantam utilitatem motus corporis libero & legitimo progressui sanguinis afferat & per hoc adjumentum sanitati & vitæ conducat, facile demonstrari potest: quamdiu enim hic circuitus præter reliqua vitæ longæ media justus est, tam diu Longævitati naturali magnum accedit adminiculum: quemadmodum enim vitæ animali valde adversantur humorum stagnationes, aut plenariæ stases, nec non viarum obstructions, ita facilis & continuus humorum per vias & partes patulas transitus multum diuturnum vitæ cursum ac successum sublevat & hunc præcipue suffulcit, sæpe commendatus corporis motus: etenim quando voluntaria actione fibræ motrices aut assiduo ordinario, aut paululum auctiori motus gradu afficiuntur, tunc sanguis nullibi facile, sive intra, sive extra vasa constitutus fuerit, suspectum impedimentum suscipit; si itaque indefinente tramite humores progrediuntur, tunc singula organa, distinctis officiis destinata, ad hæc admonentur, ut una actio alteram libere & prompte excipiat, & sic ordo economiæ vitalis fervetur: seorsim vero evenit, ut sub convenienti exercitatione corporis arbitraria aut voluntaria fibræ efficacius & solertius motu suo alternativo strictorio & relaxatorio exerceantur; hinc sanguis non modo sæpius & vegetius circulatur, sed & hoc ipso commodo in calore naturali conservatur & confirmatur, in congrua fluiditate perennat, in justa & temperata crassi sustentatur, & ad constantem depurationem subeundam preparatur: sub hoc motu inimicæ & illaudabiles substantiæ absterguntur & separantur, utiles & laudabiles rite asservantur, & cum tota sanguinis massa rite permiscetur, inde bona humorum crasis provocatur, ut non modo tota illorum



massa iusta consistentia instruat, sed & in *salubri puritate*
 conservetur: multum enim in œconomia vitalis *integri-*
tate proficit, quo humores bene sint *permixti*, quo *lym-*
pha sit pura & quo reliqui humores & *qualitate* & *quanti-*
tate proportionem vitæ & sanitati *convenientem* haud læ-
 dant: singula hæc emolumenta motus corporis *sanguini*
 sub legitimi *progressus* promotione conciliat: idem adju-
 mentum obtinendum etiam est, ab illo motu corporis,
 quo ab *extra* corpus congrua agitatione, sive per *ve-*
sturam, sive *equitationem*, sive *aliam* similem motionis
 speciem, exercetur; siquidem subqualibet *moderata* cor-
 poris *concussione* non modo *externum* illius systema, sed
 & *interna* viscera agitantur & *concuriuntur*; insuper etiam
 humorum *transitus* per totum tale corpus admodum pro-
 movetur; quid quod *duplici* hac ratione hocque motus
 corporis *subsilio* *fibræ motrices*, ut fufius *Baglivus* in suo *tr.*
de fibræ motrice demonstravit, continuum quoddam *inci-*
tamentum nanciscuntur, quo suo officio *rite* fungantur;
 inde etiam contingit, ut homines in *mobili* vita versan-
 tes, *libero* ut plurimum & *legitimo* sanguinis progressu fru-
 antur, neque facile *congestiones*, *stagnationes*, *oppletiones*
 humorosas experiantur; aut si tales *minores* progressivi
 motus *alterationes* subeunt, *facilius* simili *modica* corpo-
 ris exercitatione ab iisdem liberentur: quodsi itaque
congrua talis corporis commotio exerceatur, ut *equaliter*
 omnia membra regantur, tunc per *universum* corpus u-
 sus *ex hoc* adminiculo redundat, quod ubique *regularis*
 evadat *principalis* ille motus, qui ad *vitam* adeo *eximie*
 necessarius existit: quod itaque de *genere* valet, id etiam
 de *specie* valet; quam ob rem *certæ* corporis partes, per
 quas paulo *difficilius* humores progrediuntur, *modico* cor-
 poris motu exercitæ, *facilius* iterum *libero* humorum
 transitu qualificantur; testimonio, inter *sanos* homines
 obvio, quando intensius *frigido* tempore vilioris fortis &
 plebe-

plebeji homines rigidum frigus sentiunt, membrorum agitatione, *iteratum* transitum sanguinis cum immergenter calore naturali percipiunt, hinc in *contrario* exemplo accidit, ut homines *otioso & sedentario* vitæ generi dediti in plurimis *ferme* corporis partibus *varias* motus sanguinis *progressivi ataxias* sentiant: Quando etiam contingit, ut in *quibusdam* subjectis sanguis in *certis* corporis partibus & regionibus *agius* progrediatur, tunc non modo *generalis* corporis motus huic etiam *difficultati* solvendæ proficit, sed & illius *discrete* partis & regionis *modica & porportionata* commotio utilis existit.

§. VIII.

De *prestantia* motus in genere *Vidus Vidius* in lib. 5. de *tuenda valetud. c. 1.* dicit: *Homerus cum oceanum Patrem & Teihym matrem Deorum facit, motu progigni & contineri omnia significat: est enim motus juxta Aristotelem lib. 8. phys. sect. 1. omnibus naturam habentibus quasi vita; cum natura ipsa sit principium motus & quæcumque ipsum in se habent* teste *Platone* lib. 10. de *Legibus* aliquo pacto dicantur vivere; est enim motus *vita* quedam, ita *proficiens* a natura, ut ea, quæ *simpliciter* vita est, ab anima: in tanta inter medicos & *Philosophos* est *estimatio* motus in genere; ejusdem *dignitatis* nobis etiam est *congruus* motus corporis, de quo hæcenus *varias utilitates, ad Longævitate* contribuentes, annotavimus, in qua *disquisitione & commendatione* porro indicamus, quod *temperata* corporis exercitatio sanguinem in *justa fluiditate* conservet, præjudiciosam illius *spissitudinem* præferret & *aveat*, hæcque ratione *santitatem & vitam* confirmet & *suffulciat*: Nam sanguis *consistentia* sua *gelatinosa* facile in *perniciosam crassitiem* delabitur, quando videlicet *tardius, segnius & debilius* progreditur, quando porro *diutius* in *capacioribus* alveis detinetur, quando in *alium locum largiori* quantitate confluit, illicoque *diutius congeffus* servatur, quando *tepidior* redditur & *sufficienti calore*

*ris naturalis gradu privatur, quoniam hic præcipue gelati-
 rosas partes expansiva & rarefaciente sua commotione dis-
 solvere & attenuare adjuvat: Si itaque sanguis in corpore
 animali per innumera vasa capillaria & secundum illorum
 doctrinam, qui totum corpus vasculosum supponunt, per
 vasa plane invisibilia, nec non per poros etiam angustissimos,
 tanto magis in subjectis, quibus habitus corporis strictior
 & rigidior est, progredi debet, tunc exitum adjuvamentum
 vite & sanitatis est, ut sanguis sufficienter, libere & facile
 per hæc vias perfluat, neque stagnationibus, stasibus, in-
 farctibus & obstructionibus subiciatur, inde reliqui connexi
 effectus, ad vitam longam contribuentes, facilius succe-
 dunt; quando vero sanguis spissior est, tunc ægrius per
 prædictas vias progreditur & multis atque fonticis motus
 progressivi impedimentis obnoxius redditur, unde per
 connexionem naturalem reliqua officia vitalia & naturalia
 labascunt & minuuntur, sicque vitæ brevitatis & sanitatis
 inconstantia ac infirmitas acceleratur; hæc spissitudo san-
 guini indies ex diversis causis imminet & quidem vel idea-
 libus & moralibus, vel simplicibus physicis & materialibus:
 quo itaque massa sanguinea tam utili & necessaria qualita-
 te, videlicet mobilitatis & humidæ fluiditatis prædita sit,
 varia colliguntur & adhibentur auxilia, inter hæc vero
 præstantissimum est adminiculum motus corporis hæctenus
 commendatus, quo mediante fibræ motrices validiori in-
 struuntur gradu motus constrictorii, unde sanguis effica-
 cius tam per vasa, quam inter illas fibras propripmitur,
 hæcque transpressione fluidæ partes a solidis conquassatio-
 nem suscipiunt, ut grumuli gelatinosi semper separentur,
 fluidiores vicissim humiditates aquosæ & temperatæ serosæ
 inimus commisceantur & sub connexa continuatione,
 imo modica augmentatione caloris naturalis gelatinosæ
 illæ portiones tenues, lubricæ & mobiles magis reddantur:
 quam ob rem ex observatione quotidiana comprobatur
 est,*

est, quomodo homines, illas *causas efficacius* inspissantes, *frequentius* admittentes, velut internum & externum *frigus*, *dieta[m] crassam* &c. in *mobili* tamen vitæ genere constituti, ut plurimum *sufficienter* fluidum gerant sanguinem; hinc subjectis, *spissitudine* sanguinis laborantibus, *motus corporis congruus*, optima *medicina* existit.

§. IX.

Sicut motu corpora *generantur*, augentur & *meliorentur*, ita etiam motu *resolvuntur* & destruantur, quam ob rem *hac* ratione motus corporis ad *longiorem* vitam & *firmiorem* sanitatem contribuit, dum *superfluam* & quandoque *molestum* sanguinem imminuit, adeoque *moderatam* ac *tolerabilem* quantitatem illius subministrat; quod enim sanguis quantitate *superflua* peccare queat, satis *frequenter* satisque *solide* a medicis demonstratum est; quod vero *superflua* illa quantitas idonea causa ad *infringendam* sanitatem & *abbreviandam* vitam existat, demonstratu æque facile est: id ad minimum ad *simplicem* sensum manifestum est, quod homines aut *turgido* succulento *habitu* corporis, aut valde *inflatis* *vasis* sanguiferis præditi, *curatori* vitæ generi dediti esse debeant, si diu *integra* *sanitate* & *firma* vita frui volunt; quam ob rem *plethoricus* ille status *valde* idoneus est ad vitæ *brevitatem* conciliandam; dum itaque *plenitudo* sanguinis aut per *artificiales* subtractiones, aut *spontaneas* Hæmorrhagias, aut per *parcum* & *moderatum* *victum*, aut per *remedia* resolventia, aut per *motum* corporis imminuitur, ita *ultimus* hic *modus* *magis*, quam reliqui, *naturalis* & plurimis hominibus *gratus* & *securus* est: hæc enim assidua *exercitatione* corporis partes *solide* *morrices* efficaciori iterum motu gradu instruuntur, ut sanguis *vegetius* circuletur, inter partes solidas *validius* transpiratur, inde plus *attenuetur*, imo successive quantitas quædam illius *reservata* sub continua *attritione* per fibras præcipue *carneas*

neas in *mixtione* sua resolvatur, atque in sua *principia* convertatur; unde *serum* falsum sulphureum generatur; & talis *conversio* sanguinis in serum *insensibiliter*, sine *speciali* molestia & labore, attamen *successive* & *efficaciter* procedit: sicut itaque sanguis *successive* generatur, ita sub tali motu moderato & *appropriato* placide & *successive* resolvitur, hacque ratione *indies* *notabilis* illius quantitas, quæ antehac *superflua*, nimia & *molesta* fuit, consumitur & ab eadem corpus liberatur & *exoneratur*: hinc homines qui *indies* *pleno* ceteroquin *victu* fruuntur, nihil inde *incomodi* patiuntur, modo hic commendatus motus corporis *justo* gradu & *congrua* *proportione* huic *diæte* respondeat; neque etiam *alimentosa* valde *digna* in *onus* & *præjudicium* cedit, si sufficienter corpus commoveretur, dum motus talis etiam *molestam* & *ominosam* *obestatem* aut *curat*, aut *præservat*: & licet *cum* & *subtali* motu ex *resoluto* sanguine *largior* *seri* inimici quantitas generetur, tamen ipse ille motus *alterum* adminiculum est, quo *excrementitia* tales *substantiæ* *majori* quantitate & *crebra* *continuatione* excernantur, hacque ratione corpori ab hoc motu *multa* *commoda* conciliuntur: quare homines qui *largum* victum ingerunt & *sedulis* *laboribus* corpus exercent, non modo *largius* *sudant* & *urinam* excernunt, sed & *citra* *conspicuum* *exorientis* *plethoræ* ut plurimum bonum *appetitum* servant & ex hoc vivendi genere *firmius* a morbis, a *pleno* victu & sanguinis *superflua* copia orientibus, *præservantur*: illud vero serum quod ex *sanguinis* *substantia* *præcipue* sub *intensioribus* corporis *exercitationibus* generatur, *subtilius* existit, unde *facilius* poros & *organa* *penetrat*, quid quod ob *copiosum* & *exaltatum* *sulphureum* principium, quod *complectitur*, magis *fragrans* & *olidum* est, hinc ejusmodi hominum *sudor* & *urina* magis *volatilis* & *foetidus* est; imo tale *rarefactum* serum magis *perniciosum* est, hinc si sub

sub strenua excretionē subito repellitur, aut insufficienter evacuatur, ad periculosos acutos & malignos morbos disponit; testimonio sudorum, magna corporis commotione provocatorum, sed subito suppressorum: de reliquo innumera testimonia hactenus commendatam meditationem comprobant, dum non modo motus congruus corporis plethoricis optima medicina actu existit, sed & dum homines villioris conditionis sub reliquo crudo & largo victu, ob ejusmodi assiduos labores in vultu faciei & toto corpore, aut efficacius transpirantes, aut sudantes sanitatem vegetam & sæpe longam vitam assequuntur.

§. X.

Quemadmodum porro ad firmam sanitatem & vitam longam præcipue liber & sufficiens successus tam ordinariarum se- & excretionum, quam extraordinariarum pertinet, ita talis pro- & successus eximie facilitatur & adjuvatur per eundem motum corporis atque labores: quod enim ordinarias se- & excretorias functiones attinet, tunc mediante hoc motu materiæ redduntur mobiles, ut tales functiones facile subeant, neque præjudiciosa quadam crassitie & visciditate resistant, aut in organis tenacius obherescant, variisque stagnationibus & infarctibus provocandis idoneæ evadant; deinde eadem recrementitia materiæ ex universo corpore sub facili & libero progressu absterguntur, in organa se- & excretoria prompte diffunduntur, per hæc expedite promoventur & denique ad ultimam evacuationem cito & sufficienter perducuntur: sub hoc motu prædicta organa necessaria & sufficienti leniente & elubricante humiditate imbuuntur, ut eadem flexilia & ad functionem se- & excretoriam magis idonea evadant & ut per eadem materiæ excernende facile persuant: quid quod hoc eodem motu illa organa modica concussionē afficiuntur, ut humores forte difficiliter in quibusdam subjectis per illa transeuntes, in hoc transitu facilitentur & ut

D

orgo.



organa ipsa ad functiones tales se- & excretorias quasi admoneantur; quamobrem in hominibus quibus humores paulo spissiores sunt, tales commotiones corporis singulas se- & excretorias functiones allevant, promovent & invitant: quemadmodum in subiectis *hypochondriacis, scorbuticis, quartanariis & splenicis*, in quibus sanguis ægrius per viscera abdominis, præcipue *hypochondriorum* progreditur, adeoque *singule* ferme se- & excretiones *difficilius* succedunt, *labor, exercitium & motus corporis* hæc admodum faciliat & sublevat, ut ex *moderata* tali commotione *maius* auxilium, quam ab ullo alio *artificio* remedio accedat; siquidem præter *voluntariam & arbitriariam* corporis commotionem, etiam *relique* species, velut *vecturæ, equitationes, modicæ venationes, peregrinationes* pro hoc scopo magnam *opem* afferunt: quare homines, *assiduo & sufficienti* motu corpus suum exercentes, facilius *liberam, constantem & auctam transpirationem, aut plane sudationem, nec non promptam urine emissionem & alvi exonerationem* experiuntur: unde non rara est observatio, quod homines *impedito* alvi successu laborantes ex *motu corporis vegetius* instituto, *faciliorem* illius liberationem sentiant & obtineant; quid quod annotari meretur, quod remedia *purgantia* ingesta, quando *difficilius & tardius* operantur, *modica & congrua* corporis exercitatione ad effectum *medicamentosum* promoveantur & *facilitentur*: Et ita etiam *extraordinarie* salutares excretiones hoc motu corporis allevantur, testimonio utilium *Hæmorrhagarum*, quæ a *sedentaria* vita multa *impedimenta* suscipiunt; hinc non raro citra usum *peculiarium medicamentorum* *difficilis* talium evacuationum successus *convenienti* motu corporis *emendatur*: quam ob rem *pueruli* suas *narium* Hæmorrhagias, *feminae* *menstrua* sua *purgamina*, viri *hæmorrhoidalem* suum fluxum *assiduo & congruo* motu corporis valde *adjuvant*: quoniam

am itaque exercitatio corporis *superfluum* & *noxiorum* subiectorum *tempestivam* & *sufficientem* excretionem promovet, hinc vita & sanitas inde magnum *naturale* adjuvmentum recuperant: quo referimus *Zac. Lusit.* in l. c. *efatum*: magna est ergo exercitii dignitas & ad actiones *naturæ* *obeundas* valde *necessaria*: argumento est, quod *villici* *alimento* *utentes* *peffimo* illius ope *vitam* *inculpatam* *pertrant*, cum *nobiles* *multi* *victu* *alti* *probiffimo* *egerrimam* *ducant* - quod *homines* *carcere* *detenti*, *pallidi* *brevi* & *facie* *cachectica* *evadunt*: & *demum* *animalia* *pifces*, *aves*, *que* *exercentur*, *sunt* *meliora*; *otiosa* *reproba*, *insalubria*, *infpida* *ap. Averr. 6. collig. 2.*

§. XI.

Ex illis *salutaribus* effectibus, quibus *motus* & *exercitatio* corporis *sanitatis* *firmitati* & *vite* *durabilitati* *subvenit*, merito etiam *Caloris* *naturalis* *conservatio* *referenda* est, cuius *vigori* *præcipue* *propriam* *sua* *Longevitatem* *tribuit* *Thonerus* *Lib. 6. epist. 4.* quare *Zac. Lusit.* loco sæpe citato *profitetur*: *motu* *valido* *calor* *adaugetur*, *dilatantur* *vie*, *excrementa* *resolvuntur*, *meatus* *referantur* *ab infarctu* *liberantur*, *excrementa* *derruduntur* *ex Galeno 2. de sanit. 2. & Avic. 3. 1. doct. 2. c. 1. que omnia a sola exercitiatione* *præstari* *possunt*: hinc *Casp. Hofmannus* & *Deusingius* *alique* *de* *calido* *innato* *eximias* *virtutes* *deprædicant*: *haud* *quidem* *in* *obscuro*, *aut* *plane* *myfticum* *sensum* *caloris* *naturalis* *delabimur*, *sed* *potius* *perfpicuas* *salubres* *efficacias* *ejusdem* *caloris* *annotabimus*, *quemadmodum* *jam* *in* *præcedentibus* *illius* *mentionem* *quadantenus* *fecimus*: *de* *hoc* *Calore* *differit* *Galenus* *Lib. 10. method. med. exercitatio* *non* *modo* *calefacit*, *sed* *etiam* *insti* *caloris* *motum*, *a* *profundo* *corpore* *extrorsum* *conciat*: *huc* *fpicit* *assertum* *Casp. Bravo* *resolut. medic. Part. 1. disp. 4. sect. 2. resfol. 6. Calor* *nativus* *ortus* *ab* *anima*, *est* *qualitas* *connaturalis* & *illi* *debita* *ad* *sui* *conservationem* & *ut* *suas* *eliciat* & *perficiat* *opera*.

operationes, ergo non potest esse causa naturalis interioris; hujus caloris utilitatem ad vitam naturalem multi Philosophi & Medici testantur, vid. Thomas de communi motu animalium, Aristotel. lib. de juveni. & senect. 3. probl. q. 5. lib. de respirat. lib. de longitudo. & brevitate vite Hipp. l. de corde l. de genitura lib. de dietar. aphor. 13. lib. 6. Epid. parr. 3. text. 20. Galenus lib. de marasmo c. 3. lib. de sanitate tuenda 2. c. 2. 3. 4. 7. Avicenn. f. 1. i. D. 3. Fernelius l. 4. partii natural. c. 8. & lib. 3. Conciliator differ. III. Peramatus L. de temper. Mercatus l. de sanitate tuenda. & l. de princ. Segarra lib. de natura hominis c. 2. & innumeri alii: & quamvis Smerius Miscell. Lib. XI. ep. 6. p. 593. seq. asserat, quod calor innatus & sanguis duo hostes vite nostrae nobiscum nati sint, tamen haec sententia cum grano salis intelligi & explicari debet; nos hoc loco contrarium demonstrabimus: quod calor motu corporis suscitetur, conservetur, augeatur ita in aprico est, ut contra sensum quisquam contrariam sententiam defendere & amplecti mallet: hinc ex antiquioribus Alex. de Vmcentinis tr. de calore per motum excitato edidit: etenim haec exercitatione corporis fibrae motrices fortiori motus gradu afficiuntur & modice rigidiores evadunt, massa sanguinea proinde vegetius, efficacius & celerius inter hasce fibras & per membranoso-fibras partes transprimitur, quae copiosis principiis oleosis, pinguibus, sulphureis instructa, ob hanc validam attritionem ad partes solidas majori intensitate sphaerica circumrotatoria commotione agitur & secundum physcorum praeceptam adfersionem formali hac ratione incalescit, imo ob augmentum motus in fibris sub exercitatione magis incalescit: jam vero calor congruus per ordinem naturae corpori magis amicus & gratus est; quare vita cum hoc calore naturali sub legitimo motuum processu consistit; unde in subiectis, vegeta vita & sanitate praeditis, calor etiam naturalis vegetus existit; & vicissim torpor & languor naturae, nec non decrementum vitae, vel

ut

ut in senibus, summe debilibus & agonizantibus ex defectu huius caloris præsumitur: proinde hic calor modicus est fomentum naturale fibrarum motricium, quæ magis flexiles & agiles evadunt, adeoque partes fluidas non modo promptè excipiunt, sed & alacriter promovent & circumvehunt, unde ab hisce partibus constanter & sufficienter humectantur, leniantur & absterforio effectû ab adhærentibus impuritatibus sulphureo-falsis liberantur: hoc calore, cujus effectus est expansivus & rarefactorius sanguis & lymphæ in congrua fluxilitate conservantur, connexæ heterogenæ præ substantiæ efficacius ab iisdem abstergantur & in Seccessionis naturalis functione allevantur, subinde vero ad facilem se. & excretionem optime præparantur: hoc calore pori & organorum cribra, nec non vasa & canales dilatantur & aperta, permeabilia atque ad facilem fluidorum circuitum magis apta redduntur; hoc calore subtiles inimicæ substantiæ a teneris & valde sensibilibus partibus nervosis, membranosis & tendinosiss dissipantur, ne hæ ab illis agere officiantur; inde etiam est, cur sæpe sola calida partium nonnullarum fomentatione, excretiones promoveantur, tumores & infarctus emolliantur & resolvantur, nec non dolores leniantur: ex hisce vero & variis aliis demonstrationibus facile incalescit, quantam utilitatem vita & sanitas ex hoc congruo motu corporis reciperent.

§. XII.

Præterea motu corporis functiones animales valde subleventur & promoventur & quidem utilis & necessarius Somnus: etenim quando tali exercitatione iusto ordine vires animæ in legitima & congrua applicatione servantur, tunc modice etiam anima delassatur, atque congruo ordine iterum ad gratam virium reparationem disponitur & inuitatur, unde Somnum suavem, acceptum, placidum & quietum capit; sub hoc etiam valde reficitur, ut denuo vegeta & necess-

cessariis viribus instructa magna animi voluptate, tranquillitate & delectatione alios labores inmovet, hacque ratione in ordine naturali persistens, reliquas, ad vitam & sanitatem necessarias, functiones alacrius & ordinatius administrat, qui status œconomie animalis, non aliter, quam in subsidium & adjumentum Longœvitatis cedere potest: quicumque vicissim citra necessitatem, neque aliquo modo debilitati somnum capiunt, illi torpori & ignavie adsuefcunt & subinde animæ atque corpori admodum præjudicant, unde vita magis abbreviatur, quam prolongatur, quam ob rem justa ac congrua operatio mentis cum Somno, debitus motus corporis cum quiete alternare debent: Deinde exercitatio conveniens corporis, vegetum reddit Appetitum ad cibum & potum; quo præcipue peregrinationes contribuunt; nam si per motum corporis digestio facilitatur, si processus excretionum salutarium sublevatur, si superfluarum substantiarum consumptio promovetur, si officina concoctionis sufficienter expurgatur, tunc appetitus bonus, legitimus & naturalis justo ordine in eximium sanitatis & vitæ commodum revertitur: hinc bonus appetitus connexam habet vivacem ingestionem, efficacem digestionem & salutarem utilium substantiarum retentionem atque applicationem, inutilium vero exterminationem; interim tamen motus corporis, qui ordinarias vires superat & qui ordinem violat, potius appetitum destruit & enervat, ut ob nimiam lassitudinem homines potius victum averfentur & si coacto quodam modo cibum ingerunt, tunc perinde male digerant, variaque alia conspirantia sanitatis & vitæ præjudicia sentiant & incidant: Præterea motus corporis officium Concoctionis, quod cum bono appetitu coheret, faciliat; dum per hunc motum omnia viscera, in œconomia vitali sibi invicem inservientia, ad mutua officia admonentur; hinc ventriculus sub placida & singulis subjectis convenienter

com-

commotione corporis in sua actione *confrictoria* suble-
vatur, *cibi* in prima & secunda digestionem *facilius* & me-
lius *permiscetur*, citius *resolvuntur*, indeque laudabilis
chylus promptius separatur, expeditus per *intestina* te-
nuia transfertur, celerius in *venas lacteas* & *mesentericas*
resorbetur, adeoque ad *reliquum* officium, vitæ & sani-
tati proficuum, accommodatur: hoc eodem motu hic
chylus *facilius* & *alacrius* per *sua vasa* promovetur, ut ci-
tius non modo *mesenterii* & *abdominis* regiones transcur-
rat, sed & in *forma lymphæ* per *reliquos* suos canales &
tractus progrediatur, citiusve sanguini *intermiscetur*:
hinc in *subjectis difficiliorem* digestionem subeuntibus,
glandularum intestinalium, *mesentericarum* & *abdomi-
nis obstructionibus* laborantibus, hætenus commendata
congrua corporis exercitatio eximie proficua est, dum sub
generali totius corporis commotione hæc *abdominis* vi-
scera efficacius *agitantur*, adeoque *transitus* variorum
humorum *per illa* adjuvatur, sed & dum *seorsim* per *au-
dum* progressum *sanguinis* per hæc viscera reliqui humo-
res una absorbentur, per *sua colatoria* facilius transpri-
muntur & in *suo progressu generali*, *secretoria* & *depurato-
ria* vero tractatione *speciali* valde *sublevantur*; quæ singu-
la *commoda* admodum sanitatis & vitæ *durationi* promo-
vendæ inserviunt.

§. XIII.

Proinde *Motus Corporis* multum confert ad modi-
eam & congruam *Nutritionem*; id quod *Platerus in Praxi*
Tom. 3. c. 1. etiam annotavit; dum enim *concoctionem*, ut
antea demonstravimus, promovet, per *connexionem* cor-
poris *confirmationi* adjuvandæ inservit: hinc in præce-
dentibus ex *Platone* & *Gelfo* allegavimus, quod *otio* & i-
gnavia corpora marcescant, *labore* vero *firmentur* & ve-
getiora reddantur: & *Zacut. Lusit. l. c.* nimirum *M. P. H.*
Lib. in hist. 28. dubio 15. p. 52. a. dicit: *membra in exercitatu*
invalida sunt, gracilescent & extenuantur; exercitata ve-

ro roborantur & crescunt: quo exemplo ars edocta pro im-
 pinguandis tabidis corporibus: hinc labor contribuit ad le-
 gitimam, sufficientem, neque tamen superfluum nutritio-
 nem, dum chylus facile & bene præparatus, cito in massam
 humorum resorbetur & prompte, æqualiter & regulariter
 circulatur & distribuitur, ipsa membra subinde in firma a-
 ctivitate conservantur, sub qua hic actus appositionis & ma-
 terialis augmentationis vegetius succedit: quam ob rem
 homines indignioris ac vilioris fortis, attamen laboriosi,
 validum, firmum, consistens & robustum corpus recupe-
 rant: qui vero a teneris multum otio & desidie ad sue-
 scunt, insuperque delicatius & indulgentius educantur,
 tenerum, gracile & debile corpus obtinent; si itaque ta-
 les filii & ocelli emittuntur & certis professionibus, mer-
 catoris, opificiis &c. addiscendis committuntur, ut post-
 hac laboribus, negotiis, peregrinationibus assiduis cor-
 pus exerceant, ad miraculum ferme & insolito bono ap-
 petitu instruuntur & citius ad majorem corporis firmita-
 tem deveniunt: Præservat vero insuper sedula laboriosa
 corporis exercitatio, a nimia obesitate & pinguescentia,
 siquidem etiam talis congruus motus corporis medicina
 nimie corpulentie existit: hinc Galenus Lib. 14. meth. med.
 c. 15. Cursum velocem contra corpulentiam commendat: &
 Foubertus decad. 1. paradox. 7. de adipis generatione p. 15. di-
 cit: motus pinguendini contrarius est, liquat enim pingue-
 dinem & absumis: Plateri verba fere consentientia sunt:
 Tom. 3. c. 1. p. 50. labore valido & continuo corporum substan-
 tia plus solido absorpta illiusque præsertim pinguedine; eo
 spatio temporis quoque corpora talia decrescunt tandemque
 marcescunt; qui author l. c. p. 9. de obesit juvenibus judicat,
 quod ad longævitatem haud perveniunt: ita Semmerius
 Prax. Lib. V. Part. 1. c. 4. Ettmüllerus in disp. de corpul. cap. 2.
 artic. 3. §. 5. Guldenkleee Lib. 6. cap. 1. motum corporis, equi-
 tationem, ambulationem & varia congrua exercitia
 contra præjudiciosam talem pinguescentiam ordinant:
 Ex

Ex hæcenus dictis facile etiam elucescet, quomodo mediante tali exercitatione corporis *superflua* alimentoria substantiæ *resolvantur* & a corpore avertantur, ne *molestiam*, aut plane *damnum vitæ & sanitati* creent: Porro *convenienti* corporis exercitatione *speciales* quædam impuritates corpori *inimice efficaciter* abstergantur & *evacuantur*, hinc *purpurato* contagio inquinatis, *scabiosa* infectione correptis, *biliosa* sanguinis intemperie afflictis &c. *congrua* talis commotio eximie *proficuit*, qua adminiculante, per *diureticas & diaphoreticas* præcipue evacuationes tales *perniciosæ* substantiæ *sufficiens* exercentur: quam ob rem illi, qui in *minus temperata & selecta Dieta*, neque sub *puro aëre* versantur, sed *varia præjudiciosa* inquinamenta inde ingerunt, ex *constantî & convenienti* motu corporis non modo *eminentem præservationem* a *facili & multiplici* invasione *morbosa* experiuntur, sed & *foris diu* firmam *sanitate & vita* fruuntur: Denique motus corporis *singula organa* corporis *preparatoria, depuratoria, secretoria & excretoria* in *functionibus* suis *sublevat*, quæ *modica succussatione* humorum *transsum & connexum* reliquum *vitæ* perquam *proficuum* effectum *facilitant*, hinc *cerebrum* *facilius* se *purgat necessariis* evacuationibus e *capite* procedentibus; hinc *pulmones* libera fruuntur *expansione & expectoratione*, hinc per *hepar & splenem* sanguis *prompte* progreditur &c. sicut hæc meditatio in *precedentibus* passim *commendata* fuit. Sed quoniam in *generali & fundamentali* tractatione *acquiescere* placuit, propterea nunc *silum abrumpimus & Divinæ* bonitati pro *præstito* ad hunc conatum *auxilio humillimas* tribuimus *laudes & conferimus gratias*, *devotissimo* animo *rogantes*, ut *præsentem laborem* *saluberrimis* *successibus & applicationibus* *secundet & ut ubique* *Gloria Altissimi & proximi* *Salus* *nostrarum* *actionum* *exoptatissimus* *emineat*

F I N I S.

E

Esse





Este bonum Medicum certe magis ardua res est,
 Quam stupidum vulgi percipit ingenium:
 Naturæ decet humanæ mysteria nosse
 Et quam corpus habet perdidicisse struem,
 Hoc opus, hic labor est! sed & hic *motus* omnia vincit
 Longævum studio perficietur opus.
 Ergo TE merito felicem prædico; vicit
 Namque tuus tandem prævaluitque labor.
 I nunc atque graves divo cum numine morbos
 Artifici semper vince, repelle manu.

In honorem Clarissimi Domini Candi.
 dati hæc cum bono voto posuit
 P R A E S E S.

Sicut flamma perit sine motu, sic indiget ipse
 Ignis vitalis flamine perpetuo.
 Hunc si reddideris motum LÜDERE perennem,
 Arte TVA referes secta Methusalemi.
 Macte animo! DEUS ipse TVIS conatibus adsit!
 Faxit & ex votis ut TIBI cuncta cedant.

Hicce Prænobilissimi Dn. Doctorandi sum-
 mis in arte medica honoribus applaudit

JO. BERNHARDUS WIDEBURGIUS,
 Mathem. Prof. Publ. Ord. & Ducalium alumnorum
 inspector in Academia Jenensi.

Sonnet.

S Kunst, Vernunft und Fleiß verbundene Schwestern
 sind,
 Und wo die Wissenschaft durch täglich Wachsen steigt;
 Da sieht man, wie der Ruhm uns Lorbeer-Zweige beuget.
 Zwar mancher machet oft durch falsch bezeugen Wind,
 Die Bücher, so er uns in vollen Schranken zeigt,
 Sind noch nicht sehr gebraucht, und Kopf und Hirn ist blind,
 Doch wo ein munterer Kopf sich zu den Schriften neigt,
 Der

Der wird, und zwar noch feñh, des Phoebus liebstes Kind;
An Dir geehrtester Freund! trifft dieses reichlich ein.
Dein Wissen zeigt uns, wie groß Dein Fleiß muß seyn,
Was Jena Dich, gelehrt, das hast Du wohl begrieffen
Drum zeigt auch Halle Dir der Ehren Violet
Und weil Du den Verstand durch Phaebi Kunst geschliffen,
So bringt Dich selbiger auch künftig hoch ans Brett.

Solches wünschet dem Hochzuehrenden Hrn. Doctorando,
seinem werthesten Söhner und Freunde, und empfehlet
sich zu fernerer Gewogenheit dessen bishero gewesener
Eiich-Compagnon

M. Carl Heinrich Lange.

Gelehrter-Geehrter Freund, da Hygienens Licht
Dein weites Haupt bestrahlt, erfordert Lieb' und Pflicht
Auch meinen Glückes-Wunsch Dir drüber zuzuschicken,
Ich weiß Du läßt ihn mit zu Deiner Arbeit drücken.
Zwar schickt sich mehr hieher ein zierliches Latein,
Doch mag's vor dieses mahl ein deutscher Zettul seyn;
Denn da Hippocrates Dich läßt zum Sohn ernennen,
So kan auch die Mama draus, was Du bist erkennen.
Der tapfre Kampf, so Dich des Glückes würdig macht
Auf dessen Sieg man Dir den Doctor-Hut gebracht.
Bestand in dem gelehrt und kräftig zu erringen,
Daß die Bewegung könn' ein hohes Alter bringen.
Gewiß nicht ohne Grund, denn daß es Sonnen-klar
Macht ja Dein eigenes gelobtes Beyspiel wahr.
Man sehe Dich niemahls still' oder müßig sitzen
Dein stets bemühter Fleiß hat Dir bey saurem Schwitzen
Die Stunden so verkürzt, daß Du die Flüchtigkeit
Der selben oft beklagt. Doch jeso kommt die Zeit
Die mir Veranlassung macht und Dir die Ruhe bringet,
Denn Dein hoch-Edler Geist, der sich stets höher schwinget,
Erhält nunmehr mit Ruhm den sichersten Gewinn
Den die Bewegung bringt; Du strebest auch dahin
Dem Nächsten und Dir selbst das Leben zu erhalten;
Drum wenn Dein weises Haupt im Tode soll erkalten

E 2

Und

Und die Bewegungs-Kraft in dem Geblicke starrt,
 Wird zwar der stille Leib zu ruhen eingescharrt,
 Allein, so lange sich die muntern Zungen regen,
 Die Du durch Deinen Fleiß und mit des Höchsten Segen
 Von Mortons Eslaverey nach Wunsch' lösgemacht,
 Dein Leben durch den Ruhm der Nachwelt bezeugt,
 Wird sie nicht Dein Verdienst in festen Marmor äßen
 Noch, wie der Römer Brauch, Dir Ehren-Säulen setzen,
 Muß bey Gelehrten doch Dein Nahm' unsterblich seyn,
 Weit viele die sich jetzt mit mir zugleich erfreun,
 Die einzige von Dir, mit Grund der Wahrheit sagen
 Dein Leben habe viel zu ihrem beygetragen;
 Indem Dein eisern Fleiß sie mit dahin bewegt,
 Wenn einst, wie Du, ihr Haupt, die Lorbeer-Zweige trägt.
 Sie werden bey dem Glück, Dich Führer zu verehren,
 Dein Lob von Mund zu Mund in Kindes-Kindern mehrern.
 Nun kanst Du ganz vergnügt nach Hamburgs Mauren
 Die schon in dem Begriff, Dich zu empfangen sehn, (gehn,
 Ich wünsche selbst, wenn sich die schnellen Räder schwingen,
 Gott wolle Dich beglückt zu Deiner Freundschaft bringen,
 So wird die Sehnsucht bald, so Dein Verlangen macht,
 In werther Freunde Brust zur süßen Ruh gebracht,
 Seyd deren stets bemüht, wenn schon bey denen Kranken,
 Die Lebens-Geister schwach, die regenden Gedancken
 Selbst wollen stille stehn, befördre Du den Lauf,
 Und bringe sie belebt durch die Bewegung auf,
 So darf man England nicht des Länders halben preisen
 Denn Deutschland hat nun auch dergleichen aufzuweisen.
 Allein mich trifft der Schmerz, das ist des Himmels Schluß,
 Den ich, beweat er mich, zwar stille tragen muß,
 Doch glaube, werther Freund, ich will mich nicht vermess'n,
 Dein werd' ich nimmermehr, so lang' ich bin, vergessen.

Mit diesen aufrichtigen und ergebenen Denckmahl suchte die Liebe und treue Freundschaft des Hn. Doctoris ernstlich zu erhalten, dessen verpflichteter Diener und ungeschmählter Freund

M. Philipp Samuel Giering

Schvarzenza - Polon. M. C.

ER

Est brevis vita bonum: dum fallat effugit annus,
Et cursu properat, non revocanda, dies.
Debile vita bonum est, fragili iactamur in aevo,
Exagitat varias corpora nostra dolor.
Non tamen est, Medica forsitan quod in arte requirat,
Saepius in Medica quaeritur arte salus
Namque in consilio, quod vita perennet, & arte est,
Crebrius auxilium, fert Hygiaena suis.
CONSILIVM atque ARTEM, FAVOR, dum jungis ubique
Concedit manui Parca severa Tuae.
Redde agris vitam, voveo, fanisque perennem
Continua: **NOMEN FAMA PERENNE DABIT.**
Hale Venet. Nobilissimo Doctissimoque **LVDERO**, non
Ipso die inaugurat. sine affectus significatione, scripsit
FRID. WIDEBURG, J. V. C.

Quot quondam quantosque viros progeniit Hamburg.
Nos monumenta docent, grandia magna decem.
Tu quoque majorum sequeris vestigia, digne
Ergo tuum cingis, laurea pulchra caput.
Nunc semel inceptam nixus pertexere telam.
Impiger agrotis arte medere tuis.
Numinis ad laudes proprium deus atque patentum.
Tum cognatus ovat patria chara cluit.
Hac D. Doctorando Amico suo Academico Fausta
quaque apprecaturus letabundus apposuit
BURCH. ADAM SELLIUS, MED. C.
Tundero-Hollatus opponens.

Qui vult ad sanae festigia tendere summac
invenit is minime desidia hance viam.
Qui piger est nihil est, praclaris laudibus ornat,
ignavum nemo, nil nisi nomen habet.
Solertes Musae ad parnassia culmina laudis
ascendunt vero, praemiaque accipiunt.
His iter est haud ignotum quo scandere possunt,
montes aonios ac heliconae sacrum.
Hoc quoque rite doces, **LVDER** quo tendere, docte!
E 3
possi-

possimus ad nostra per juga celsa Deus,
Tu superasti iter hoc cura summoque labore,
invigilans studiis pieriisque choris.
Jure tibi summo summi tribuuntur honores,
& Doctus laurum nectit Apollo Tibi.
Gratulor ergo tibi patriaeque ex cordis abyfso
deque viro docto, præconiisque tuis.
Gratulor inprimis mihi de carissimo amico
doctoris Phœbus cui titulum tribuit.
Hoc tantum foveo præcibusque ardentibus oro,
ut saluum præstet TE Deus omnipotens.
Ut per te crescat, vigeat tua fama pereannis,
Lüderi vigeat nomen in orbe diu.

Ita Pränobilissimo ac Doctissimo Dn. Candidato Fau-
tori ac Amico suo per atatem Colendo sincera
mente ac manu adplaudit

JOH. FRIDERICUS WEISMANNUS,
Neostadiensis ad Ayslum Med. St.

Doch Edler, Herzgens Freund, Du lebst nun eine Probe,
Von Deinen muntern Fleiß, Wiß und Gelehrsamkeit,
An diesem Tage ab, zu Deinen größten Lobe
Dabey sich meine Brust vor anderen erfreut:
Es kan nicht anders seyn, Du hast wie muntre Bienen,
Der Weisheit Honigseim zu samlen Dich bemüht,
Dreum mußt die saure Milch zum süßen Labfal dienen,
Weil auch der Weisheit Frucht ein jedes Auge sieht.
Aurora wenn sie kaum den Vehl mit Rosen mahtle,
Tras Dich schon munter an in Büchern eingehüllt,
Und wann die Cynthia noch an dem Himmel strahlte,
War Dein gelehrter Durst noch nicht nach Wunsch gestillt.
Die Lehrer liebten Dich auf unsern Musen Tempel,
Von deren Weisheit Schatz Du rühmlich profürt,
Sie stellten Deinen Fleiß den Musen zum Exempel,
Dieweil Dich selbiger mit edler Weisheit ziert.
Gelehrte können nicht an einem Tage werden,
Wie etwan eine Nacht die größten Schwämme treibt,
Sie sind wie Aloën, sie zeigen sich der Erden,

Durch

Durch Blumen, so die Zeit in ihr Gehirne schreibt,
 Dein sonderbarer Fleiß zeigt solche Blumen Arten,
 Wo von das Vaterland sich vielen Ruh verspricht,
 Auf deren Sammlung schon die liebsten Deinen warten,
 Und die die fluge Welt mit größter Annuth bricht.
 Ich gratulire Dir zu diesen weissen Schätzen,
 So Dein geehrter Fleiß bey uns gesammelt hat.
 Der Höchste cröne sie mit Ehren und Ergögen,
 Dieweil Du sie geweyht Gott und der Vater-Stadt.
 Laufs als ein reiches Schif erfüllt mit theuren Gaben,
 Vergnügt im Hafen ein, den Gott und Stücke zeigt;
 Doch kanst Du Dich so dann an Glück und Ehre laben,
 So bleibe Deinem Freund auch stets dabey geneiat.
 Hiermit wolte nebst andern gratuliren aus Jena des
 Hrn. Doct. treu-ergebenster Freund und Diener
 C. W. SUMMA,
 J. U. Stud. Barutho-Franc.

Peregr. & Galenus.

Peg. **C**ur dant festivos plausus? cur gaudia produnt
 Vultu, quot video re celebres medica?
Gal. Quid? nescis causam, de qua solemnia sacra
 Cum pompa celebrant Phoebus & Hippocrates?
Peg. Nescio, quid mirum? his vivo peregrinus in oris,
Gal. Hinc tibi do lubens inscitia veniam.
 Quod dedit, exultant, Medicorum castra sequutus
 LüDERUS doctis egregium specimen
 Insignis, quæ illum Phœbea peritia adornat,
 Offerat ut meritis præmia Apollo suis.
Per. Quid narras: LüDER, qui Jenæ nocte dieque
 Medendi solers incubuit studio,
 Exhibet heic specimen? Cujusnam, quæso, tenoris?
Gal. De vita sera, motio quam faciat.
Per. Haud scio, quid reputem, reputo, quod garrula fama
 Audiat, aut minime garrula jam fuerit,
 LüDERO referat non lenta sequentia verba,
 Significare quibus lætitiâ volui
 Artis de Summo medicæ Doctoris honore,

Quem

Quem confert meritis summus Apollo laus:
Gratulor ex animo TIBI, Doctorande perite,
Divite de fructu, quem TUA cura capit.
Gratulor Hamburgo celebri de cive, sciente
Longa quibus fiat, vita brevis, mediis.
Vive diu felix & Salvus, Suavis amice.
Nec viola nostrum foedus amicitiae.

His Experientissimo nec non Doctissimo Dn. LUDERO
de summis in arte medica honoribus gratulari voluit

J.C. ENGENAU alias AURELIANDER, J. U. C. Erf.

Seiß und Klugheit zwingt die Zeit und kan oft die Schwersten
Sachen,
Eber als man host und denck mit Verwundrung möglic ma-
chen.
Davon zeigt Dein Exempel, wercher Freund, als dessen
Haupt
Jest Hygea Hut und Würde, wie Du es verdienst, erlaubt.
Kaum zwey Jahre, doch in den viel Müß, die Du nicht ge-
schonet, (net.
Schenkt Dir das, womit man nur stet und ächten Fleiß beloh-
neißt damit zu den Deinen. Kommst Du hin wo Krancke
seyn,
So gib, daß es sich bald bessert, Pulver, Pilln und Tropfen
ein.
Rathe, daß man sich bewege, so bald sich die Kranckheit
hebet;
Mache, daß wer dich nur brauchet, noch so lang, als sonst
lebet.
Denn so wird Dich, wie ich wünsch, jeder fast zum Arzte
wehln,
Und es Dir an starcker Praxi und an Ehre niemahls sehn.

Hierdurch wolte seine Schuldigkeit erghenß
observiren und sich dem Herrn Doctoran-
do zu gürtigen Andencken bestermassen re-
commendiren desselben ergebener Freund
und Diener

J. J. K.
Svidn, Sil, Med, Stud.

Perdus & pernox multos perferre labores,
 Qui solet, is merito munera larga capit.
 Ergo provigili cura studioque pereni.
 Præmia solvuntur, suavis Amice, Tibi.
 Tu Jenam veniens, Musarum tractus amore,
 Pæoniæ solers colligis artis opes.
 Dum stertunt alii, dum perdunt tempora somno,
 Dumque cupidinibus pectora pigna dicant:
 Invigilas alacris, tanquam formica, labori,
 Impediunt studium tædia nulla Tuum.
 Hinc vigiles sequitur merces pulcherrima curas,
 Dum Doctorali clarus honore nites.
 Quapropter tantos Tibi gratulor artis honores,
 Et precor ut semper commoda multa ferant.
 His blandæ semper sis anchora certa salutis,
 Quos vexat variis febris acerba malis.
 Dulcia sic matri, patriæ sic gaudia terræ
 Multa dabis; Claræ lux speciosa chori.

Hinc gratulabundani suum animum ex-
 primere non noluit

E. A. GEHR,
 Med. Cult.

Sie! mag der Sonnen-Glanz auch wohl verborgen seyn?
 Dritt gleich ein Nebel auf, und will ihr Scheinen hin-
 dern:
 So kann er ihre Kraft und Anmuth doch nicht mindern;
 Es schmückt den aargen Mund des Phœbi güldner Schein:
 Hochwerthgeschätzter Freund, so muß Dein seltner
 Fleiß,
 Dein Eugende-Purpur Pracht der Sonnen-Strahlen glei-
 chen;
 Ja selbst der blasse Neyd muß Deinem Schimmer weichen;
 Wer Deine Weisheit kennt, läßt Dir gar gern den
 Preis:

§

Denk

Dem was Galeni Wis in seiner Kunst erkant,
Und was Hippocrates vor Wahrheit ausgesonnen,
Das alles hat bey Dir fast seinen Sitz genommen;
Du best in Deinem Schooß der Pallas Unterpfand.
Darum nimm willig an, was Dir das Glück anbeut,
Weil Kunst und Tugenden Dein edles Haupt besitzen,
So prangest Du mit Recht auf Heliconis Spitzen;
Was wunder daß man Dir als Doctor Palmen streut,
Ich hoffe also auch, daß es erlaubet sey.
Wenn ich ein Lorbeer-Blat zu Deinem Füßen lege,
Und darauf diese Schrift zum letzten Denckmahl präge:
Sey Deines Hauses Glanz der Krancken Arzney.

Mit diesen schlechten doch aufrichtigen
Zeilen wolte dem Hochzuehrenden
Hrn. Doctorando schuldigsten maas-
sen gratuliren, und sich in dessen
Genogenheit empfehlen

J. S. Oldendorp,
S.Theol. Cult. Hanoov.

Quid proderit summos semper conferre labores,
Illorum quando præmia nulla forent?
Quid proderit pinguis manans de corpore sudor,
Illud quod largi fluminis instar cum
Extorquet, tandem fructus ni reddat amœnos?
Quis se tot vitæ casibus objiciet
Justa fides ni sit tandem captura coronam
His exanclatis pulchra relicta manet.
Ipsa sibi virtus sed laudis præmia ponit,
Interea nondum fiet inutiliter
Quodsi splendorem meritis expectet honores,
Factum fortuna cum meliore cedit.
Majori quoniã studio sublimia querit,
Ex his quo, præcio, maxima dona ferat.
Hoc observatur, scrutantibus artis abyssos

Cum

Cum vigili studio nocte dieque simul,
Sic tu doctrinae perceptae signa probanda,
Scandendo cathedram Suavis Amice promiss,
Jam DEUS Omnipotens cunctis conatibus adsit
Clementes coepis porrigat ipse manus,
Et laribus patriis Te fartum praebeat, ut sis
Matris solamen stirpis honorque decus.
Evadas artis Medicæ celeberrimus author
Et patriæ splendor praesidiumque Tuz.

Hæc pauca Clar. nec non Doct. Dno
Doctorando, actiorem, quæ invicem
inter cessit amicitiam, seque impo-
sterum ejus favori commendatur-
que, adscripsit

C. F. K. LL. O. Goth.

Als ich Geheureser jüngst wolte Wünsche schreiben,
Da Dich Hygeens Hand mit ihren Schmucke krönt,
Und meine Poësi aufs Höchste wolte treiben,
So wurde eh' vermeint von einem Bild verhöht.
Minerva wolte mir in ihren Pracht erscheinen,
Sie hatte sich erwehlt ein goldbesamtes Kleid,
Das zierlich war durchwürckt mit Diamanten-Steinen,
Von denn der Schwimmer selbst mit Titans Strahlen streit.
Hier fiel die Feder hin: Mir stoccken alle Sinnen,
Indes engabe mir Minervens Hand das Blatt,
Und sagte: daß umsonst der Poësi beginnen,
Wo eine Gotttheit selbst ein Lob gesehet hat.
Denn da Apollo nächst ein ächten Arzt begehrte,
Den Klugheit, Wissenschaft und reine Treue iert.
Und nun Hygea das in Muses Sike hörte,
So wurde sie zuerst durch dieses Wort gerührt,
Doch endlich sagte sie, ich will gleich einen finden,
Den die Natur und Fleisß hierzu geschickt gemacht.
Wo sich die Wissenschaft mit Vorsicht will verbinden;
Und der so Tag als Nacht bey meinem Lehren wacht.

Serr

Herr Lüders, dessen Fleiß in Jena mich vergnügt,
Kann wohl ein ächter Arzt vor vielen andern seyn.
Gewiß mich hat sein Wiß und Wissen längst besetzt,
Dahero will ich Ihm noch heute Lorbeer streuen.
Dies sagte Pallas mir; Da sie zugleich verschwunden,
Ich aber riß' entzwey das, was ich aufgesetzt.
Denn wen Hygea selbst mit Lorbeer hat umrunden,
Der wird von meinem Kiel nach Würden nicht geschätzt.
Kann ich Geehrter Dir, nun keinen Lorbeer reichen,
So bitte nimm davor getreue Wünsche an.
Es soll der Seuche Schwall vor Deiner Weisheit weichen,
So wie der Sonnen-Strahl den Nebel dülgen kan
Dein Glück das müßte fort so lang in Segen blühen,
So lang der Patient nach ächten Ärzten fragt.
Indessen wolßt Du mir nicht Deine Gunst entziehen,
Ob man in Ehrfurcht gleich zu Dir Herr Doctor sagt.

Mit diesen schlechten Zeilen wolte dem
Hochgehrten Herrn Doctor seine
Ergebenheit versichern

J. J. S.
Philosophiae Cult. Goth.

Sie steigt geehrter Freund heut auf Parnassus Epizen,
Er tritt gelehrt und weiß für des Apollons Thron,
Drum cröhnt Minerva heut den Fleiß, sein saures Schwitzen,
Mit einen Doctor-Hut und grünen Lorbeer-Cron
Drum Musen, eylt herbey laßt diesem Mann zu Ehren
Aus Euren holden Mund ein frohes Nivat hören.

*Paucis hisce Nobilissimo Domino Do-
ctorando, Amico suo honoratissimo
gratulari voluit, debuit*

LUDOV. HEINR. KNOBLAUCHIUS,
Not. Publ. Cæsar. J. U. C. Erfurthensis.



Halle, Diss., 1728


ULB Halle 3
004 326 075



f

Sb.





2 8
1798 14

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
LONGÆVITATE
EX MOTU CORPORIS,

Quam,
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſe Facultatis Medice
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Æ S I D E
DN. D. MICHAELE ALBERT

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARI
MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR.
COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.
DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGII
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXXVIII D. SEPTEMBR.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI
SUBJICIET

RESPONDENS
JOHANNES NICOLAUS LÜDERS
HAMBURGENSIS.

HALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.

Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black